


 LUCIANI SAMOSATENSIS
 DIALOGUS

TIMON sive de Divitiis &
 Paupertate,

Cum Versione Latina ERASMI Roterod. à BENED.
 PERERIO interpolata.


 ARGUMENTUM,

HOC Dialogo de Divitiis tractatur. Quis scilicet verus Di-
 vitiarum usus sit, & quomodo retineantur. Quibus potis-
 simum obveniant, & quales reddant possessores. Occasio
 Dialogi à persona Timonis sumpta est, quem Athenienses, quod in-
 humanus planè esset, hominumque congressus ac societatem vitia-
 ret, imò etiam publicis malis gauderet, *μολὴν ἄπο τῶν* appella-
 runt: cuius mortui quoque sepulchrum (ut scribit Suidas) inaccessi-
 sum & invium factum fuit, cum mare, tanquam ipsum quoque
 perosum illius inhumanitatem, inundatione eam terra partem, ubi
 sepulchus erat, à reliqua abstractam seclusisset. In quo & tale Epi-
 taphium inscriptum fuisse fertur.

Hic jaceo, vita miseraque inopique solutus,
 Nomen ne quæras, sed malè tute peri.

Huic igitur Timoni similes reddi & divites, videtur intelligere
 velle Lucianus, utpote quos divitiæ & fastuosos & insolentes &
 planè barbaros efficere consueverunt. Fingit autem ab initio divi-
 tem fuisse, sed ob liberitatem, & quod absque judicio in quosvis
 benignus esset, ad paupertatem redactum esse. Quam rem cum
 Jupiter ex ipsius querela, qua cum illo exposulando, in hominum
 maliciam & ingratitude à principio invehitur, cognovisset, mi-
 sertus illius, eò quod & in Deos pius fuerat, & multa illis sacra
 peregerat, divitem denuo facere statuit, ac Plutum cum thesauro
 ad ipsum mittit. Quo principio ire directat, ostendens illum sua
 culpa pauperem factum esse, & cum talibus hominibus minimè per-
 durare se posse, atque aequè odisse eos, ut sordidos atque avaros
 illos,